



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè  
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiis Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

**Louis François <d'Argentan>**

**Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726**

**VD18 80217915**

§. 1. Discrimen, quod est inter Mariam Virginem sanctissimam, & alias  
Matres.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45581**

§. I.

*Discrimen; quod est inter MARIAM Virginem  
Sanctissimam & alias Matres.*

foundo.  
Virgo tan-  
dum est  
filiis alii  
Matribus.

**A**lii Matres efformant suas fo-  
boles in utero suo, per virtu-  
tem illis naturalem, ita, ut non  
indigeant aliquā industriā ad con-  
ficiendum opas prodigiosissimum,  
quod sit in toto universo; ipsa tri-  
butur illis formam, figuram, pro-  
portionem, magnitudinem neces-  
sariam, suppeditandō ipsis omnia,  
que necessaria sunt, ex propriā suā  
substantiā: Sanctissima Virgo agit  
hac omnia circa Infans JESUM,  
ipsa enim vera est Mater illius,  
ad eoque similius in hoc cunctis aliis;  
Sed ecce, in quo omnino diffe-  
rat à ceteris Matribus!

Dicit f.  
naturā ab  
illis.

**A**lii Matres circumsetunt se-  
cum maledictionem, quā percus-  
sit DEUS primam fēminam, pes  
quam suramis obrauntur miserijs;  
iquidem Philosophorum axioma-  
nūm quām abundē verificatur in  
illis; generationem unius esse cor-  
ruptionem alterius: corpus ipsarum  
producit certum quandam sangu-  
inem tam venenatum, tamque cor-  
ruptum, ut ipsemet inficcentur il-  
lo, nisi natura ab eo liberaret ip-  
sas; si tangat radices aliquujus arbo-  
ris, reddit illas steriles; facit emo-  
ti plantas & herbas; vinum de-  
struit generosissimum, si vel pau-  
lisper approximet illi; ferrum om-  
nium metallorum durissimum ob-  
ducit rubigine, quo consumitur;

Mater nu-  
trient fo-  
biles suas  
in utero ino-  
benteadis  
fatuus,

R. P. Isaac Consultor. Tom. III.

unico verbo, juxta id, quod refe-  
runt Authores, pernicioſissima est  
ipsius malignitas: Nihilominus in  
hac immunditiā, & venenato hoc  
sanguine suas foboles formant &  
nurriunt Matres, quāndiu in ute-  
ro suo circumsetunt illas: Et hac  
misericordia communis est omnibus  
Matribus, quae nascendō attule-  
runt secum misericordiam peccati origi-  
nalis, fontem ac originem omni-  
um aliarum misericordiarum; Et hac  
quoque est universalis humiliatio  
omnium filiorum Adz nauci inter  
omnes has tam turpes, tamque  
fēcias immunditias, à quibus ma-  
ximi Reges terrae non magis im-  
munes sunt, quām coloni abjectissi-  
mi, eōquod pari ratione obne-  
xij sicut peccato Proto-parentis sui;  
peccato, quod DEUS punire non  
desinet usque ad finem mundi, in  
personā omnium filiorum ipsius.  
Sanctus Rex David id agnoscebat,  
& ex eo se humiliabat, ingemi-  
scens coram DEO, dum psalmo  
quinquagesimo lugubri voce mo-  
dulatur: *Esse! enim in iniquitatibus* Psalm. 30:  
*meus conceptus sum, & in peccatis*  
*concepit me Mater mea;* id est, in  
immunditijs, quae veluti sunt fē-  
ces peccati. Ecce tibi inauspicia-  
tam sortem omnium Matrum, ip-  
satūmque prolium.

Sed Sanctissima Virgo, quae nun-  
quam Virgo na-

LIII

erit Infan-  
tem JESUM  
in utero  
suo, san-  
guine pu-  
rissimo.

quam communicavit peccato Adæ, ejusdem etiam non toleravit peccatum. Dignitas Matris DEI, & Majestas Filij, quem in suo portamento erat utero, requirebant, ut in hoc dispensaretur cum illa. Sic licet verum sit, quod ipsa portaverit Filium suum in utero suo, sicut aliae Matres; licet formaverit ipsum per eandem virtutem naturalem in eodem loco, per idem novenorum mensum spatium, more aliarum Matrum; licet nutrièrit illum ex propriâ suâ substantiâ velot Matres aliae, eoque id fieri voluerit Homo, assumendô humanam naturam modo quodam naturali, nihilominus id factum non est in sanguine impuro & prostrus corrupto, in quo omnes aliae Matres efformant & nutriunt soboles suas.

D. Thom.  
3. p. q. 31.  
n. 3. ad 2.  
S. Damasc.  
lib. 3. or-  
thodox, fi-  
del 2.

Vide sanctum Thomam tractantem in quodam loco hanc questionem, quam hisce verbis concludit desumptis ex S. Joanne Damasceno: *JESUS Christus igitur formatus est è castissimo & purissimo sanguine Sanctissima Virginis, caro animata animâ rationali.*

Qualiter  
d. Ipolitum

Et sane sola imaginatio horrem incuteret cunctis bonis animabus, quae persuasam sibi habent infinitam sanctitatem Filij, & puritatem plus quam Angelicam Mattis, cogitando solum, aut quod Mater Virgo subiecta fuerit omnibus miserijs, quibus involvuntur aliae in peccatum originalis; aut quod Filius immersus fuerit spur-

ticijs ac sordibus, quibus omnes miserit Filij Adæ (veluti tot parvus fuerit corli rei) absorbentur in utero Matris Infirmitatum suatum. Verum quidem est, utero Vitis quod, quia factus est homo modò gressus, quodam naturali, velut cæteri hominum, habere debuerit suas membranas, quibus involvebatur velut alij, in utero sanctissimæ Matris suæ, & ibidem ipsius nutriti sanguine; verum tamen non est, quod ibi fuerit aliquid impuri, aliquid corrupti, aliquid coquimati, sicut in alijs feminis.

Siquidem id erat, velut arbor, qua dum producit fructum suum, trahit illum renui quodam contice, quo obvolvit omni ex parte, ad defendendum ipsum adversus injurias tempestatum, dum interim mediante parvo quodam petiolo affixum illum tenet ramo, à quo portatur & nutritur: Trahit is successivè substantiam purissimam & optimè digestam ex arbore, ad nutriendum se tranquille & omni cum quiete ex eo, quod ad obtentâ perfectâ maturitate, inde absque vi se avellat, & à seipso in nostras decidat manus. Ea fermè ratione fructus ventris Virginis, purissimis & tenerissimis involutus membranis, nutritiebatur ex substantiâ purissimâ divinitatis Matris suæ; exin cum attigisset perfectam suam maturitatem, citra hoc, quod inferret illi vel dolores vel tortura, vel incommoditatem minimam, & absque ea, quod indigeret aliquâ manu vi ipsum

sum avellente, à se ipso exin avul-  
sus est, ut veniret ad nos. Et in  
hoc tertium vides prodigium om-  
nino stupendum, quod accidit in  
ipsius partu, per quod summè dif-  
fert à ceteris Mattibus?

## ¶. II.

*Magni dolores Matrum parturientium.*

**Q**uando sacra Scriptura declara-  
re intendit dolores maximos,  
ac vehementissimos, affert & alle-  
gat illos. Scemini angustias patrūs  
opprese: *Nisi dolores ut parturien-  
tis: Dicentes dolores esse corporis,  
quod in membratim discerpitur, & in  
fructu fecatur;* videatur divelli ex  
ipsā cuncta viscera; nonnisi audire  
est clamores horrendos, nonnisi  
videre dolores lethales, nonnisi ef-  
fusos sanguinis torrentes; *Quæ vo-  
cantur personæ in illius subfdium,*  
quæsque nuncupant obstetrices,  
nonnisi charitativæ esse videntur  
carnifices, quæ exequuntur in ipsa  
sententiam prænuntiatam à DEO  
ad initio in primam rotum mundi  
Matrem: *In dolore paries:* Non  
intendunt illæ præserve ipsam à  
tormentis, sed optimum exhibere  
se illi credunt obsequium, præser-  
vando plam à morte, si possint;  
impedire nihilominus non pos-  
sunt, quia illius perceptuatu mero-  
sque videat in proximo ejusdem  
constitutam periculo.

O quam honesta res est, videre  
se condemnata ad mortem, vel  
saltē lethales se suffere dolores!  
Et nec unicæ à Reginâ usque ad  
ancillam novissimam appellare li-

cet ab hæc sententiâ: *Severa quis-  
dem hæc esse videtur;* est tamen  
justa. *Justa est, eòquod ipsem est* Sententia  
condem-  
nans Ma-  
tres ad cau-  
tos dolores  
sufferen-  
dos, est ju-  
sta.  
*DEUS pronuntiaverit illam;* *Ju-  
sta est, eòquod pœna sit peccati  
ex omnibus maximi, id est, erigi-  
nalis, quod totam inficit naturam  
humanam;* *Justa est, eòquod sol-  
vere cogat Matres per dolores pat-  
rūs, voluptatem carnalem, quam-  
in fortium suorum conceptione  
sunt expertæ;* *Justa est, eòquod sic  
effectus necessarius naturæ, quæ  
suffferre non potest, absqua dolo-  
re maximo tam violentes adni-  
sus,* quales sunt illi Matris partu-  
rientis: *Sententia hæc justa, tan-  
dem est, eòquod Matres, quæ ita  
acciipiuntur, non progignant nisi  
parvulos reos & inimicos DEI,*  
*circumferentes peccatum & culpe-  
ratum in animâ;* & omnes Ma-  
tres in personâ ipsasmet subire o-  
portet, duram hanc & funestam  
sententiam, abs eo, quin sui loco  
substituere ipsis licet aliam, ut  
poterem condemnatas, ut ipsamet in  
propriâ suâ parturiant personâ.

*Nonnisi sola Mater admirabilis, Qnomodò  
benedicta inter omnes mulieres,* sanctissima  
Mater Virgo, Mater Dei, immunis  
est à rigore hujus legis; & in hoc  
Virgo Ex-  
empta fue-  
rit inter

L 111 2

po-